



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Lucas Evangelista. 18. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. LUCAS EVANGELISTA.  
18. Octobris.

LUCAM nobis Antiochia Syriæ peperit, educasse vero ipsæ in sinu suo Musæ videntur. Nam literis & Ægyptiis & Græcis omnibus excultus, arte insuper medicâ clarissimus habitus est. Sed nihil hæc omnia ad illa, quæ in Christi scholâ grandis discipulus dedit, sui Deique agnitionem. Fertur etiam socius Cleophæ fuisse in Emmaus eunti, tunc cum ambobus à morte *Christus* se comitem junxit, hospesque non asymbolus mensæ accubuit. Post hujus vero, quem in celos duxit, triumphum, ubi in orbis partitionem cum cæteris Apostolis venit, fidus magno Paulo in omni itinere, quin adeo in vinculis Achates, Christi primo vitam mortemque, tum, quæ Apostoli alii fortiter fecerunt, perscripsit. Abiit è vivis tum annum ageret quartum supra centesimum, & tunc etiam memor medicum se esse, ægris vel è tumulo medicinam, oleum salutiferum propinavit. Illud pñè memoriam fugisset. Primus fuit *Lucas*, qui *Mariam* felici manu depingeret, in ea tabella, quæ etiam hodie miraculis lucet, dignus profecto, cuius penicillum Mariani omnes imitentur, idem in animis faciendo, quod *Lucas* in tabella fecit. Ex tom. I. Baron.

Re-

652 VITÆ SANCTORUM. 18. Octobris.

Recurramus ad innocentiam primituræ  
Ecclesiæ, ut discamus & possessa relinquemus,  
& in regiæ paupertatis simplicitate gaudemus.  
Non nos à cælesti itinere carnalis illecti  
bræ retrahat lenocinium, quibus per praedictis  
Redemptoris introitum patet aucto-  
rælorum. S. Pet. Dam. serm. de S. Luca.

S. JUSTUS M. 18. Octobris.

**D**omi cum parentibus Justus puer  
at in servitute frater Iustinianus age-  
bat. Igitur nec sinus jam matris, nec  
oscula patris arridebant Justus, quæ  
divide cum germano non licebat. Mul-  
tis proin in lacrymis persuadet tandem  
patri, secum ereptum è servitute fratrem  
eat. Itur. Ambianum venitur Hic eti-  
Justus fratrem numquam vidisset,  
inter multa tamen mancipia continuo  
agnoscit; indicium cognato intus san-  
guine faciente. Sic dimidio sui jam au-  
tor dum domum redit, à Ricciowarо  
equites adsunt. Justus postquam spe-  
læo patrem fratremque abdidit, obvius  
est exploratoribus. Scilicet hi mortem  
intentant, nî comites prodat. Sed ne-  
gat ille didicisse se parentes prodere; id  
vel tum ostendisse, cum caput pro li-  
bertate fratris objecisset. Dicenti hac  
cruelior cæteris caput aufert. Sed ecce  
truncus Martyris suis ipse manibus hoc  
amplexatus humo attollit. Diffugiant  
monstro